



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

& confi. 118. nu. 5. & 6. & confi. 389. nu. 9.

- ¶ 2 Fallit itidem quando uerba enunciatiua proferuntur a pontifice, in iis maxime, quæ sunt modici præiudicii, secundum Felin. in c. sunt nonnulli. §. sunt & alii nu. 41. de rescript. sed tu uide not. glo. in c. i. de rerum perm. l. 6. & c. 2. de dol. & contu. eo. lib. 6. & doct. in l. i. quando non petent part. & Barba. in rubrica. C. qui admit.

REGULA CCXXXIII.

- ¶ Victus uictori in expensis condemnari debet. † Ita Innoc. & Felin. in c. fin. de dolo & contu. Io. Andr. in c. iuris ignorantia de reg. iur. in 6. Bar. & Saly. in l. properandum. §. fin. autem reus. C. de iudit. & l. hæres. ff. de administ. tut. late Guid. papa q. 436. nu. 56. Amanuel. sing. 120. & l. generaliter in uersu. iurauit. ff. de iureiur.

- ¶ Fallit 1. quando quis habet iustam causam litigandi, ut §. oportet in auct. de iudit. Angel. in l. non solum. ff. de rei uendica. Deci. confi. 64. nu. 2. uol. i. Iaf. in d. §. si autem. nu. 29. C. de iudit. c. i. de elect. in 6.

- ¶ 2 Fallit 2. quando uictor fuit contumax, & propter suam contumaciam damnatur in expensis. licet iustam causam habeat litigandi & si bene obtinebit causam, nil minus expensas contumaciæ non reperet, nec recuperabit, secundum Ang. in §. hæc autem omnia nu. 1. instit. de pœna tem. litig. ut doct. in d. §. fin. autem. C. de iudit.

- ¶ 3 Fallit 3. quando altera ex partibus habet consilium alii cuius doct. approbatissimi propter hoc potest ab expensis, absolui ex quo habebit iustam causam credendi approbato uiro argumento glo. in l. si fundus. ff. de cond. & demonstra. l. bonorum. ff. de bon. possess. Ang. in d. §. hæc autem omnia. n. 4. uersu. 3. propter elisam probatione, q̄ not.

REGULA CCXXXV.

- ¶ Victus appellatione an ueniant uestimenta, quibus homo tegitur tu tene q̄ sic l. uerbo uictus. ff. de uerb. signifi.

T 2 l. lega-